

## 248. COLLECTAIRE DES FÊTES ANNUELLES A L'USAGE DE TROYES.

DÉBUT XV<sup>e</sup> SIÈCLE, AVEC ADDITIONS DES XVI<sup>e</sup> ET XVII<sup>e</sup> SIÈCLES

Provins ; bibliothèque municipale, ms. 18 (13).

Au verso du plat de la reliure, ex-libris imprimé de l'abbé Ythier : « M. l'abbé Ythier, Doyen et Chanoine-Théologal de l'Insigne et Royale Eglise de Saint-Qui-riace et Doyen de la Chrétienté de Provins. »

Fol. A et B, 1 et 2. Feuillets ajoutés. — A et B (xvii<sup>e</sup> s.). — A « Absolutiones et benedictiones dicendae ante lectiones in officio novem et trium lectionum. — 1 et 2 (xvi<sup>e</sup> s.). — 1. « In festo nominis Iesu. *Ad vesperas. Capitulum...* » Capitules, oraisons, antiennes de *Benedictus* et de *Magnificat* pour l'office du nom de Jésus. — 3 et 4 (xv<sup>e</sup> s.) — 3. « Sequuntur benedictiones super lectiones matutinarum in diebus festivis et ferialibus. » — 4. « Sequuntur benedictiones de beata Maria. »

Fol. 5. « Incipit collectarium festorum annualium in ecclesie Trecensi celebrandorum. In vigilia Nativitatis Domini. *Ad vesperas...* » Chaque office comprend les capitules et collectes, les bénédicitions de matines, et d'une manière générale, les parties chantées ou récitées par l'évêque ou le doyen. Ça et là, des oraisons ont été effacées et réécrites au xvii<sup>e</sup> siècle. — 12 v<sup>o</sup>. « In die Epyphanie Domini. » — 14 (24 janvier). « In festo s. Saviniani mart. » — 18 (25 mars) « In Annunciatione Dominica. » — Aucune autre fête locale.

Fol. 20 v<sup>o</sup>. « *Feria quarta in capite ieunii, que est dies cinerum, post terciam, ad populum sermone per episcopum aut per alium ab eodem deputatum facto, cantatur sexta...* » — 35. « *Deinde [post septem psalmos penitentiales et litaniam] idem episcopus, seu alius officium faciens, accedat ad altare cum sibi assistentibus, pro benedictione cinerum facienda. Quos cineres cum cilicio decanus christianitatis debet por-*

*rigere... — 35 v<sup>o</sup>. Deinde idem episcopus, seu alias officium faciens, in modum crucis ponens cineres super capita singulorum de choro secundum ordinem eorumdem dicit : Memento, homo, quia cinis es et in cinerem reverteris. Recipiens cineres debet respondere : Credo et confiteor. »*

Fol. 35 v<sup>o</sup>. « *Dum autem hoc completum fuerit, vadit idem — 36 — episcopus, seu officium exercens, ad ianuam ecclesie cum omni comitiva sua, ceroferariis, crucis portitoribus et aqua benedicta ipsum precedentibus una cum omnibus de choro, ab ipsa ecclesia eiecturus penitentes, qui clerum usque ad dictum locum subsequuntur, tenentes in manibus candelas accensas. Quibus penitentibus idem episcopus, sive alias officium faciens, dat cineres modo et forma quibus supra. Et decanus christianitatis ipsis penitentibus dat cilicium preciendo ut illud suis curatis deferant, ipsosque ab ecclesia eiciet extiguendo suas candelas. Interim vero dum hec aguntur, succendor cantat ant. Exaudi nos etc., cum psalmo Salvum me fac Deus, [quoniam intraverunt aque usque ad animam meam], prout latius in libro dicto succendoris continetur. »*

Fol. 36. « *Penitentibus sic ab ecclesia eiectis ducantur apud Sanctum Lupum per unum puerorum chori parvam crucem ecclesie portantem. Cui dum ad ecclesiam dicti Sancti — 36 v<sup>o</sup> — Lupi pervenerit, debentur per thesaurarium predicte ecclesie quatuor denarii turonenses. Omnibus sic peractis, dicta processio ad chorum revertitur, eundo et redeundo nichil cantando. Tunc cantetur nona. Deinde missa, etc. Et nota quod unus canonicorum hoc officium poterit facere, preter hoc versus in letania comprehensos... Ut hos famulos tuos, etc., quia soli episcopi conveniunt. »*

Fol. 36 v<sup>o</sup>. « *Feria quinta in cena Domini, penitentibus in atrio ecclesie existentibus, procedat episcopus officium facturus, per ianuam chori iturus ad ianuam ecclesie... — 37. Ipso stante in oratorio ibidem preparato, vocet penitentes in dicto atrio existentes cantando ant. Venite... — Mox dyaconus ex parte penitentium dicat : Flectamus genua. Tunc omnes astantes, tam penitentes quam alii, flectant genua. Quo facto, dicat idem dyaconus ex parte pontificis : Levate. Similiter agatur secundo et tertio, semper dyaco sic agente. Postea incipiat succendor ps. Beati immaculati. Deinde reincipiat episcopus dictam ant. Venite. — 37 v<sup>o</sup> — et dum finita fuerit per chorum, dicat archidiyaconus quasi legendo lectionem sequentum. Adest, o venerabilis pontifex, tempus acceptum, dies propiciationis divine et salutis humane... — 39. Mox omnibus prostratis, dicantur septem psalmi penitentiales... »*

Fol. 41. « *Postea surgant omnes et dicat dyacomus lectionem sequentem coram episcopo. Reintegra in eis, pontifex, quicquid dyabolo suadente corruptum est... — Tunc moneantur ab episcopo penitentes ut quod penitendo diluerunt, iterando non revocent. Deinde incipiat episcopus ant. Venite, filii. Et intonetur per succentorem ps. Benedicam Dominum... — 41 v<sup>o</sup>. Interim vero, dum dictus ps. cantatur, penitentes manuatim per archidiyaconum episcopo tradentur, et episcopus reddat dyacono qui ex parte sui est. Et sic ordinatim congregentur et restituantur gremio ecclesie. Hiis vero sic peractis, incipiat episcopus ant. Cor mundum. Et succendor intonet ps. Miserere*

mei Deus, ac cantando dictum psalmum recedat idem episcopus a ianua ecclesie, cum illo omnes alii et penitentes, vadantque per ordinem ante altare ad oratorium hic preparatum, ubi omnibus prostratis, dicatur per succentorem et alium secum de celebrantibus ad maius altare letania... Et per episcopum dicantur preces et orationes sequentes... » Suivent les autres prières et oraisons.

Fol. 43. « Quibus finitis, surgat episcopus, et versa facie ad populum, faciat absolutionem dicendo : Absolvimus vos vice beati Petri principis apostolorum, cuius — 43 v° — eciam vice collata est nobis ligandi solvendique potestas... — ...et perseverentie bone largitor. Qui vivit et regnat cum Deo Patre... — Quibus peractis recedat ab altari episcopus cum comitiva sua, vaditque in vestibulum pro induendo se ad missam celebrandam. Interim cantatur nona... »

Fol. 47 v°. « [Feria quinta in cena Domini.] Post prandium, altaribus lotis, omnes intrant capitulum. Ubi, lecto evangelio, fit per decanum sermo latinis verbis, ut moris est. Deinde episcopus lavat pedes decani, cantoris, et archidiaconorum. Postea — 48 — decanus lavat pedes episcopi et canonicorum. Septimaniarius vero lavat reliquos de choro. Et dum hec fuit, cantatur per succentorem et vicarios ant. Ante diem festum cum ceteris, prout in gradali continetur. Hiis peractis, ministri episcopi deferant vinum et neulas coram episcopo vel decano ut cenam benedicat, dicentes: Benedicite, pater. Et ipse respondens dicat : Cenam servorum benedicat rex angelorum. R/. Amen. Et postea ministrent vinum rubeum cuilibet. Postea dent omnibus neulas, videlicet dominis de capitulo et celebrantibus ad maius altare ad ipsorum libitum voluntatis, cum una manu duntaxat. Ceteris autem dent manualiter, honeste tamen ut decet. Deinde afferant vinum album, et tercio vinum rubeum. Hiis peractis, incipiat succendor ant. Ubi est caritas (sic)... »

Fol. 48 v°. « Sabbato in vigilia Pasche. » — 53. « In die sancte synodi... » — 56. « In die Penthecostes. » — 57 v°. « In vigilia sancte Trinitatis. » — 59 v°. « In festo sanctissimi sacramenti altaris. » — 64 (4 mai). In festo s. Helene virg. » — 65 v° (7 mai) « In festo in Mastidie. » — 75. « In vigilia omnium sanctorum. » — 87. « In die Circoncisionis (sic) Domini. » — 99. « A Nativitate Domini usque ad octavam Purificationis seu usque ad Septuagesimam. De beata Maria. » — 103. D'une autre main (XVII<sup>e</sup> siècle) : « In festo annuali Presentationis beate Marie. »

Fol. 104. « Incipit benedictio campanarum ecclesie. Primo episcopus, vel sacerdos, indutus amictu, alba, et corrigia, manipulo et stola, dicat septem psalmos penitentiales... » — 116. « In agendis defunctorum. Ad Magnificat... » — 122. « In dedicatione ecclesie... » — 125 v° et 126. D'une autre main (XVII<sup>e</sup> s.) « In festo s. Michaelis archangeli. » — 126. « In festo sancte Anne. » — 128. D'une autre main (XVI<sup>e</sup> siècle, début.) « In Visitatione b. Marie virg. » — 130 à 134. D'une autre main (XVII<sup>e</sup> s.). — 130 « In festo s. Ioseph, sponsi beatae virginis Mariae. » — 133 (4 nov.) « In die s. Caroli Borromei, Mediolanensis archiepiscopi et confessoris... » (Sauf pour la fête de saint Charles Borromée, aucune date n'est indiquée pour ces fêtes.)

Dans la notice qu'il a donnée de ce manuscrit (*Cat. gén. des mss.*, t. III, p. 266) Auguste Molinier l'intitule : « Offices divers », ce qui ne donne qu'une vague idée de son contenu. Mais au cours de la description, il parle d'« offices pontifical », laissant entendre qu'il s'agit d'un fragment de pontifical. En réalité, les offices du mercredi des cendres, et du jeudi saint, et aussi la bénédiction des cloches ne sont pas réservés à l'évêque. Il faut donc laisser à ce manuscrit son titre original : « Collectaire des fêtes annuelles à l'usage de Troyes » (fol. 5). Le corps du manuscrit date du début du xv<sup>e</sup> siècle; plusieurs pages ont été copiées ou réécrites au xvii<sup>e</sup> siècle.

Parchemin. — 134 ff. à longues lignes, plus les feuillets préliminaires A et B et 103 bis. — 273 sur 190 mill. — Fol. 5, initiale historiée sur fond quadrillé : s. Pierre, apôtre. — Initiales feuillées sur fond d'or. — Bordures et vignettes marginales ornées de fleurettes et de feuilles stylisées. — Petites initiales filigranées vermillon et azur alternativement. — Ça et là, quelques parties notées sur quatre lignes rouges. — Dans les feuillets ajoutés à la fin du xv<sup>e</sup> ou au début du xvi<sup>e</sup> siècle, quelques initiales fleuries sur fond d'or mat.

Reliure ancienne peau blanche sur ais de bois ; traces de fermoirs. (Abbé Ythier.)